

*Hostibus orando sed uos num saxa rotando
Hos deuincetis quos perdomuisse uidetis
In paucis annis orbem cunctisque tyrannis
Preualuit tytus bellis et in arte peritus.*

CXXVII. VII. Egi

327 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 112. f. per 2. columnas luculente scriptus et miniatus est tertium Exemplum *Aurorae Petri de Riga*, itaque cum duobus praecedentibus contendendum. Initium ducit ipsius *Petri Prologus* supra inscriptus: in *libro floridi aspectus*, hic absque

titulo, et continuo connexus cum *Commendatione* profaica, quae *Cod. ult.* incipit: *Omnis Scriptura diuinitus inspirata &c.* Subjecta est huic *Nota* sequens: *Vbicunque per totum hunc librum duo puncti media uirga fuerint annotati. sunt uersus egidij (Parif.) qui post compilationem petri ipsum sollempniter emendauit. Vnde hii uersus:*

*Scire cupis lector quis codicis istius auctor
Audi quid breuiter dicat ad ista liber &c.*

Ut *Cod. ult.* et *Leyseri* p. 695. sed hic legitur *prior remys* et *acutior* pro *prior tenuis* et *auctior*. Mox sub rubrica: *Alter Prolo-*

gus succedit *Elegia Cod. ult.* tributa *Canonico S. Mariani Antisiodor.* cuius initium:

*Pingeré (stringere) pauca libet bona carminis huius et ipsum
Laude uel exili magnificare Deum (librum) &c.*

Tandem sub titulo: *Epylogus breuis ad quem sequitur narratio,*

Versus illi argumenti instar:

Primo facta die duo celum terra leguntur &c.

Atque haectenus *παραεγχα*; quae, si lubet, cum *Codd.* praeced. confer. Opus ipsum cum infarctis *Aegidii* eodem ordine procedit, ut

in illis; obseruo tamen in *Prologo*, quem habet *Leuiticus*, omisum esse, et recte quidem, illud distichon:

*Vox autem domini moysen uocat. imperat illi
Ut sua uerba ferens plebis in aure serat.*

Cum alioquin *Liber* ipse ab eo disticho auspicietur. Rectius ita-

que *Prologus* inchoat:

*Libro premissio coniunctio quam legis istum
Nescit nam scripti pene fuere simul.*

Rectius item, ut etiam refert *Trithemius, Libros III. Regum* excipiunt *Cantica Cantic.* et *Regum quartus*, quem deinceps *Tobias, Job, Daniel* cum *Susanna,*

Judith, Esther et *Machabaei* confectantur. Fol. 79. p. 2. Incipit *Prologus in Nouum Testamentum.* Ut Cod. penult.

Post legem ueterem respira petre &c.

Verum 27. quae ibi habentur Disticha, per *Aegidii* interpolationes ad 43. adcrevere. Legitur hic quoque, ut loco suo, iactatum illud a *Lambachero Carmen de Virgine Maria*, dum nempe in *Historia Evangelica* de Angeli ad eam legatione agitur. *Actus Apostolorum* Codicem terminant, cujus ultimis 3. pagg. *Sermones breves III. in Decalogum*, de *Auentu Domini*, et de *S. Stephano* manu Sec. XIV. adscripti sunt. Porro, quod Poetam nostrum Biblicum adtinet, cujus nihil dum praeter *Estherem* a *Casp. Barthio Adversarior.* L. XXXI. c. 15. insertam integri vulgatum est, eum e *tribus* modo recensitis *Codd.* et aliis secuturis egregie instaurari posse censerem, nisi hoc aevo laborandum potius videretur, ne *Virgilio, Horatio*que lector desit.

cedentibus contendam. Initium facit ejus Praefatio profaica inscripta: *Incipit prologus in pentateuco Moysi*, absque omni Autoris indicio. *Frequens meorum sodalium petitio cum quibus conuersando &c.* Pro *librum pentateucum moysi* legitur hic *librum geneleos.* Dein statim opus orditur: *Primo facta die &c.* In Prologo *Leuitici* adest superfluum illud Distichon: *Uox autem domini moysen uocat &c.* Liber *Numerorum* inscriptus est: *Incipiunt quedam de libro numeri secundum beatum gregorium.* Liber *Deuteronomii* vero: *Incipit Prologus in deuteronomium.* Hunc Prologum, qui infit: *Hec sunt uerba quibus Moyses &c.* non memorat *Trithemius*, uti nec Prologum in *Judices* hujus principii: *Post iosue de iudicibus narratio fiat &c.* Sequitur *Ruth, Libri Regum, Tobias, Daniel.* Atque his *Vetus Testamentum* concluditur. De *Novo Codex* nihil continet nisi *Historiam Evangelicam*, quae incipit, ut alias: *Post legem ueterem respira petre &c.* et multas paginas extritas habet, ut adeo Exemplum hoc *Quartum* praecedentibus *Tribus* nec integritate, nec elegantia comparari queat.

CXXVIII. *VI*

401

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 73. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus post *Codices CXXV. CXXVI. et CXXVII.* est *Quartum Exemplum Aurorae Petri de Rigga*, sive *Paraphraseos metricae Bibliorum*, quod itaque cum pra-